



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **M. Ant. Mvreti Variarvm Lectionvm Libri XV**

**Muret, Marc-Antoine**

**Antverpiæ, M. D. LXXXVI.**

Cap. 6. Ab igne ad vitam crebrò tralatas esse multas ab antiquis  
scriptoribus voces.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70864](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70864)

neque ferox aetas duriore, quam par est, imperio  
gis etiam exasperanda: sed ea utendum dexteritate,  
ij qui reprehenduntur ipsi, non odio sui, sed amore  
potius & beneuolentia id fieri sentiant: omninoque  
ita temperanda omnia, ut & ab odio seueritatem  
mitas vindicet, & à contemptu seueritas comitatem.

*Emendatus Varronis locus, qui citatur à Nonio.*

CAPVT V.

**A** S S E vinum: asse pulmentarium. sed eas, quò natura  
aurigatur, non necessitudo. Ita planè citantur haec  
verba Varronis à Nonio: nisi quòd librarium vitium  
sedeas, coniunctè legitur pro, sed eas. Mirum est  
tem, Victorium, qui hæc verba diligenter considerauit,  
uit, eorumque sententiam satis commodè expectauit,  
non vidisse, magnum in eis adhuc hære vitium, quò  
que tale, ut sententiam planè absurdam & ineptam  
ficiat. nam quid est tandem, quò natura aurigatur  
non necessitudo? aut quò aurigatur natura, nisi  
etiam necessitudo? puto autem tres primas litteras  
timæ vocis ab aliquo librario sine causa geminatas  
se, hoc modo: nec necessitudo. deinde illud, nec, mutatum  
esse ab aliis in, non. ut planè ita legendum sit. *Asse*  
*vinum: asse pulmentarium. sed eas, quò natura aurigatur*  
*necessitudo.*

*Ab igne ad vitam crebrò tralatas esse multas ab antiquis*  
*scriptoribus voces.* CAP. VI.

**I** G N E A naturæ esse animum, plerique veteres  
diderunt. adducebantur autem in eam opinionem  
quòd calore foueri, & vegetari omnia viderent: tum  
quòd frigere cadauera: vnde & *frigidam vitam* passim  
dixit Lucretius. Sed & mouetur per se ignis, & passim  
turi: que

tur: quæ certo quodam modo propria animalium sunt. ergo ex ea opinione multa loquendi genera fluxere in quotidianam loquendi consuetudinem. nam extinguendi verbum, quod in igne proprium est, etiam in animalibus dicitur. vt, — *natumq; patremq; Cum genere extinxem. & animam extinguam seni.* & viuere, ab iis quæ animata sunt, ad ignem transfertur. Plautus:

*Nam si ignis viuet, tu extinguere extempulo.*

& Horatius *viuas lucernas* dixit, *accensas:*

*Viuasq; producent lucerna,*

*Dum rediens fuget astra Phœbus.*

quod autem mihi rarum in primis visum est, etiam interfectum torrem pro extincto Accius dixit. eius enim extant hi versus Meleagro:

*Tum suum vitæ finem, ac fati internecionem fore Meleagro, cum torris esset interfectus flameus.*

*Correctus locus è primo Rhetoricorum Aristotelis. item locus Callimachi ex hymno in Apollinem.*

CAPVT VII.

**A**RISTOTELES libro primo De Arte dicendi, ubi felicitatis partes percenset, *eὐνείαν*, id est, vt Victorius eruditè & eleganter interpretatur, bonam commodamq; senectutem in eo positam esse dicit, vt & tardè senescat quis, & sine dolore ac molestia senescat: nam neque quem citò deserit iuuentus, feliciter senescere dicendus est; neque is, cuius ingrauescentem ætatem magni dolores molestiæque comitantur. In iis autem verbis, quæ statim apud Aristotelem sequuntur, vitij aliquid inesse arbitror: neque Victorij aut scripturam, aut interpretationem ea in parte probō. Ille enim legit: *Ἔστι δὲ καὶ ἐν τῷ σώματι ἀρετὴ, καὶ τῷ πνεύματι ἀρετὴ ἢ ἀνοσία ἢ ἀνία, μὴ δὲ ἰσχυρὸς, καὶ ἔστι ἀπαθεία, καὶ ἀλυσία.*

L 3 ἀλυσία

at. Mureti  
via Lektion  
LII  
28